

tei ut vobis iustificationis

ut ni que coiuon omi m

ur im gaudiuus alle

episcopis suis omnesque de



ov

nicht in ab

IP

U. q 17, 9



55  
GEORGII ADAMI Strubeni / T. U. D.  
Prof. Publ. Facult. Jurid. Cur. Provinc. Saxon.  
& Scabin. Assess.

Syntagmatis  
JURISPRUDEN-  
TIÆ,

EXERCITATIO XXIX.

Ad Lib. XXIII. Tit. I. & II.

SPONSALIBUS ET NU-  
PTIIS,  
*Quam*

Sub Ejusdem Præsidio

*publice Amicorum disquisitioni  
exhibet*

HENRICUS ab Einsiedel / Eques Misn.

In Auditoriō JČtorum


ad d. Novembr.

H. L. C.

---

Literis JOHANNIS NISII,  
M. DC. LVIII.





V I R O

*Generosissimo, Nobilissimo ac Strenuo  
DN.*

**CONRADO ab Einsiedel,**

*in Dölnig & Priesnig/  
Sereniss. Administratoris Magdeb. Conſi-  
liario intimo, Ejusdem Aulæ Magistro, & Præ-  
fecto Præfecturæ Giebichensteiniensis,  
ſummo,*

*Dn. Parenti ſuo aeternum ſuſpiciendo,*

**Exercitium hoc Academicum**

*Eademq; operâ, ſe ſuamq; in Patrem opti-  
mum pietatem ſacram eſſe cupit.*

*Obſequentiffimus:  
filius*

**HINRICUS ab Einsiedel.**



Exerc. XXIX. Lib. 23. Tit. 1. de Sponsalibus.

91

## EXERCITATIO XXIX.

Ad Lib. XXIII. Tit. I. & II.

R E S P.

H E N R I C O v o n E i n s f e d e l / Eq. Misn.

Tit. I.

### De Sponsalibus.

Jung. L. 5. t. 1. C. de sponsal. & arrbis sponsalit. & proxem.

L. 4. T. 1. x. de sponsal. T. 2. de defponsatione impuberum. T. 3. de clandestina defponsatione. T. 4. de sponsa-  
duo. T. 5. de condit. appos.

I.

**E**xpositæ sunt interiectæ varia materiæ, variis & *Contine-*  
*pluribus negotiis communes, sequitur caussa o-atio-*  
*ctava: Sponsalia h. t. & nuptiæ: tit. seqq.* De qui-  
bus contrahendis primùm (1.) agitur *dd. sis.* iisque soleat  
accedere *dos*, quæ ab uxore promittitur & datur: *t. 3.* atq;  
de istâ aliquando *pacta dotalia cōficiuntur t. 4.* & singula-  
riter *L. Juliâ fundi dotalis alienatio interdicitur. tit. uis.*  
*Additur porro donationes inter virum & uxorem esse pro-*  
*hibitas. L. 24. t. 1.* Deinde (2.) tractatur dissolutio matri-  
monii, & quæ ad eam spectant *tit. seqq.*

**I.** Sponsalia sunt mentio & re promissio nuptiarum *Sponsali-*  
*futurarum l. 1. b. h. e. promissio mutua & reciproca de orum de-*  
*præstando consensu conjugali. Quas ob rationes ista pri-*  
*mùm institutum fuerint, tradunt Joh. Ludov. Vives de*  
*offic. marit. Cypræ. de sponsal. c. 1. §. 1. Amel. de casib. conse.*  
*l. 5. c. 36.*

**III.** Contrahere possunt sponsalia, qui & nuptias *Qui pos-*  
*l. 15. l. 16. b.* At impuberis, licet nuptias contrahere ne-  
*sint contrahere spō-*  
*m 2 queant, salia.*



queant, sponsalia rectè contrahunt, si intelligant, quod agitur, id est, si non sint minores quam septem annis. l. 14. l. 9. b.

**Forma** IV. Moris fuit vete. ibus stipulari & spondere uxocōsistit in res sibi futuras: unde & sponsalia à spondendo dicta, & consensu. sponsi sponsæque appellatio nata est. l. 1. 2. 3. Gell. 4. N. A. 4. & actio inde cōpetens dicebatur ex sponsu. Vid. Cypræ. d. tr. c. 12. P. 1. & c. 13. §. 28. Postea receptum, ut nudus consensus sufficiat ad constituenda sponsalia: c. 23. b. l. 21. de legat. 3. nec quicquam interest, utrum testatio interponatur, an aliquis sine scripturâ spondeat. l. 7. pr. h. Neque arrhæ neque sponsalitia desiderantur l. pen. & ult. C. de don. ant. nupt. l. 9. l. 22. C. de nupt. Constant quoque inde & absentem absenti (sive sciant, sive postea ratam habent l. 5. h.) desponderi posse, per internuntium vel per epistolam: & ferè plerumque conditiones interpositis personis expediantur. l. 4. l. ult. h. l. 9. l. 13. C. de nupt. N. 127.

**Requiri** c. 4. Exigitur verò consensus non solùm eorum, qui contrahunt sponsalia, sed & eorum, quorum in potestate sunt triūf. conditio. d. l. 7. §. 1. l. 11. §. 12. l. 13. h. Vid. tit. seq. Quæ verò officia sensus. ant consensi exponitur itidem in tit. seq. de nuptiis.

**Que officia** contrahunt sponsalia vel purè, s. puris verbis v. c. pen. b. c. 3. de spons. dur. vel sub conditio. c. ult. sive possibili. sive possibilis eaque honesta; vel impossibilis, vel purè. etiam turpis. Possibilis, sive potestativa fuerit, & in pos-

**Vel sub** conditio. testate contrahentium aut parentum sit; sive casualis sive mixta fuerit, eventus conditionis est exspectandus; illâ bili. namque deficiente, sponsalia nulla erunt contracta; exstan-

stante eâdem, sponsalia vires accipiunt. c. 1. s. de condit. appos. Dn. Carpzov. d. l. d. 20. 22. Kitzel. syn. matrim. c. 4. theor. 10. & 11. Si verò copula carnalis subsecuta fuerit videntur à conditione recessisse. c. 6. de condit. appos. Vid. Bechstad. de condit. sponsal. 1. part. c. 2. 3. IDn. Carpzov. d. l. def. 25. Quid si autem pendente conditione is, qui adjecterit, istam remittere jam velit, anne altera pars obligata erit, perinde ac si initio pura fuerint inita sponsalia? Quod si altera pars in conditionem istam ab alterâ adjectam consenserit, ejusque adimptionem in se receperit, atque ita à suâ parte purè consenserit, probamus sententiam affirmantis Dn. Carpzovii d. l. def. 24. Sin verò is, cui, puerilam petenti ut sibi despontetur, sub conditione tantum promissa, non consenserit in istam conditionem, sed rem in pendenti reliquerit, non obligabitur, licet altera pars conditionatum quod dedit responsum nunc mutare, & conditionem remittere velit. arg. 5. de inutil. stipulat.

VI. Impossibilis conditio, naturâ talis, si fuerit adjecta, Impossi-  
non valere sponsalia existimamus: quicquid etiâ senserit bili.  
Pontifex in c. ult. de condit. apposit. Est enim hîc promissio  
inter duas personas de quarum voluntate utrinq; consta-  
re debet: in hujusmodi autem actu talis cogitatio est, ut  
nihil agi existiment, apposita eâ conditione, quam sciunt  
esse impossibilem. l. 31. de O. & A. l. 7. de V. O. §. 10. 7. de  
inutil. stipul. l. 4. §. 1. de statutib. Vid. Cypræ. Bechstad. d.  
tract. part. 1. e. 5. Jac. Mæstert. de Justit. Rom. LL. l. 2. dub.  
6. Henn. Rennem. Jurispr. Romano. Germ. m. 1. D. 41. th. 40.  
Diss. Zœf. in d. t. de condit. appos. Kitzel. d. tr. c. 4. tb. 13. d. & alii.  
plurimi pro non adjectâ istam habentes conditionem.

VII. Circa turpem conditionem Dd. communiter Turpi,

ex d.c. ult. distinguunt ita, ut eam quæ est contra ipsam substantiam matrimonii, vitiare matrimoniale contractum dicant, aliam verò favore matrimonii haberi pro non adiectâ. Sanchez. de matrim. lib. 5. D. 3. Kitzel. l. d. tr. c. 4. theor. 12. 13. Zœl. in d. t. de condit. appos. Dn. Carpzov. d. l. def. 23. Bechstad. d. part. 1. c. 7. & 8. Verum cum non tantum illâ, sed etiam hâc consensus excludi videatur: l. 137. §. 6. l. 26. de V.O. ideo etiam quaslibet conditiones turpes sponsalia vitiare, seu regulariter non constare putamus de consensu eorum, qui non nisi sub tali conditione adiectâ, quæ tamen ob legis prohibitonem impleri nequit volunt esse obligati. Rennem. d. l.

Vel sub modo,

IX. Modum porro quod spectat, possibilem ac honestum, consummato matrimonio, adimplendum esse facile constat: At de impossibili ac turpi itidem non est eadem Dd. sententia. Quidam omnem hujusmodi modum pro non adiecto habendum esse statuunt. Kitzel. d. c. 4. theor. 13. c. Quidam verò impossibilem modum quod atinet his quidē assentiunt: circa turpem autem eandem distinctionem adhibent, quam circa conditionem afferri sh. præced. diximus. Sanchez. l. 5. D. 9. n. 6. Bechstad. d. part. 1. c. 11. n. 6. Nos, licet isthanc distinctionem quoad conditiones non probemus, circa modum tamen turpem admittimus, & eò d.c. ult. de condit. appos. referimus: quippe qui textus non agit de conditionibus ante sponsalia implendis: sed talia ibi proponuntur exempla, quæ non nisi post perfectum & consummatum matrimonium adimplenda essent, nisi turpitudinem continerent. Quavis enim modus non suspendat actum, sed post actū promissus modus sit implendus: ab impletione verò turpis

pro-

promissi quis ipso jure sit liber, adeoque talis modus pronō adjecto vel remisso meritò censeatur: singulare tamen videtur esse in modo, qui pugnat cum ipsā matrimonii essentiā & naturā, quippe talem adjiciens non videtur annum habere matrimonium, quod simul cum isto modo subsistere nequit, contrahendi.

IX. Denique dies si adjiciatur sponsalibus, ipsa quidem promissio seu obligatio non suspenditur, sed ex illā demū, veniente die, potest agi. arg. §. 2. de V.O.L. 213. de V.S.

X. Cæterum cum jure civili ad nuptias contrahendas solus consensus sufficiat l. 30. d. r. n. l. 9. l. 22. C. de nupt. l. 66. de don. int. vir. & ux. ideo Sponsalia solum sunt sponsalia de futuro mattrimonio: uti definitæ sint shes. 2. Jure autem sunt de tem canon. ad matrimoniū consensu initum, honestè futuro, a & decenter consummandū, cum requiratur proclamatio ac ieropoloxia: ideo hoc jure alia de præsenti alia de futuro dicuntur c. pen. b. c. 1. de spons. duor. Sponsalia de futuro sunt promissiones mutuę de præstanto conjugali consensu, & præterea consummando. c. nostrates. 3. q. 5. XXX. 6. 2. 30. ult. c. 31. c. 46. q. 2. XXVII. Quæ dilatio consensus conjugalis vel sit ob conditionem personarum, ut impuberum t. t. de despens. imp. l. 14. b. Cypr. 1. c. 9. §. 3. 4. vel ex qualitate conventionis, ut si verba sub conditione vel in tempus vel alias in futurum concepta. Sponsalia vero de præsenti sunt ipse consensus conjugalis (quando scil. purè & simpliciter promittitur conjugium Dn. Carpzov. prax. crim. 2. q. 56. n. 22.) cum promissione istum sec. ordinationem Canonum consumandi. c. 9. c. 19. b. c. 39. q. 2. XXVII. c. 2. c. f. de spons. duor. c. 9. q. 5. XXX. Add. Bachov. ad Wes. b. n. 3. & denupt. n. 2. Hillig. 13. comm. 18. d.

Mæ-

Mænius ad Jus Lubec. L. 1. t. 4. n. 1. & seqq. Bechstad. collat. jur. connub. P. 2. c. 1. n. 9. & seqq. Mart. Uran. 3. cons. 1. & seqq. Besold. thes. Pract. voc. Ehegelobnūß & verb. ein Leib zwö Seelen. Dn. Carpzov. 3pr. Consist. 2. d. 17. & 18.

**Effectus** XI. Effectus sponsaliorum de futuro est obligatio, sponsali- quā sponsus sponsa & sponsa vicissim sponso ad matrim- orum de monium incundum , ille ad ducendum hæc ad nuben- futuro. *Ab iis licet* dum tenetur. Non tamen alter ducere altera nubere *recedere*, præcisè cogitur: non solum enim mutuo consensu rece- & jure ci- di à sponsalibus potest, verùm etiam alterutrius pœnitenti- vili.

tiâ (vel etiam patris repudiantis sponsum filia l. 10. b.) l. 80. de solut. l. 1. l. ult. inf. C. b. l. 2. C. de repud. l. 2. §. 2. de divorce. l. 8. C. de condit. cauß. dat. cauß. non sec. Et siquidem ju- stia aut probabilis pœnitendi cassa fuerit , citra fraudem repudium mitti potest l. 5. vers. his illud. C. b. Quod si ju- stia caussa nulla sit, tum sponsus si pereum steterit, quò minus duceret, amittit arrhas datas; sponsa si per ipsam steterit, quò minus nuberet, duplicates restituit d. l. 5. l. 3. C. b. l. 15. C. de don. ant. nupt. Præterea etiam adversus pœnitentem ad interesse agi potest. arg. l. 72. pr. de V. O. l. 13. §. 1. de rejudic. Beust. p. 1. de sponsal. c. 4. Sichard. in l. 2. C. b. in fin.

**Et jure canon.**

XII. Jure canonico itidem sponsalia de futuro spern solūm matrimonii inducunt, idcirco & hoc jure mutuo consensu dissolvi queunt c. 2. c. ult. h. etiam si jusjurandum intervenierit: hujus enim gratiam sibi invicem face- re possunt c. 1. de jurejur. Covarruv. part. 1. de sponsal. c. 5. num. 1. Beust. part. 1. de sponsal. c. 10. Alterutrius quoque pœnitentiâ, non quidē pro lubitu, sed si aliqua caussa sub- sit, recedi ab his sponsalibus jure canon. potest: etiam si juris-

jurisjurandi religio intervenerit c. ex literis. 10. c. requisivis.  
27. h. Matth. D. 2. th. 9. Atque hinc constat, quod etiam  
pendente conditione poenitere absque justâ caussâ non  
liceat, sed exspectandus sit conditionis eventus. Tho-  
ming. dec. 10. Beust. part. 1. c. 19. Covarr. 2. de matrim. c.  
3. n. 6. Dn. Carpzov. d. l. d. 21. add. Id. 3 pr. Consist. d. l. 2.  
def. 174. Matth. D. 2. th. 10. II.

XIII. Effectus sponsaliorum de præsenti est, quod Effectus  
ob præsentem jam consensum conjugalem dissolvi ne- sponsali-  
queant, ac operentur obligationem ad matrimonium orum de-  
per solennitates Ecclesiasticas, & in sequentem cohabita- præsenti.  
tionem, consummandum c. 10. c. 12. h. Ad quod obtinen-  
dum actio inde oriens à sponso sponsavè nec non illorū  
parentibus institui; & aliis quoq; modis contra absentem  
vel refractarium sponsum aut sponsam procedi potest:  
de quibus legas Beust. d. tr. c. 58. Cothm. cons. 86. n. 99. Ber-  
lich. dec. 69. Ricc. p. 1. dec. Neapol. 195. & p. 2. dec. 181. Et  
ne quidem mutuo hæc sponsalia dissolvi queunt dissen-  
su, cum vinculum conjugale subsit. c. penult. h. c. 1. de  
spons. duor. Vid. Dn. Carpzov. d. l. 2. def. 177. & seqq.

XIV. Dantur tamen urgentes quædam & gravissimæ caussæ, ob quas non quidem privatâ autoritate ab iis cedi ne-  
recedere, sed à judice dissolutionem impetrare licet: Ejus- quit.  
modi justæ caussæ repudii sunt, non solum subsecuta (vel Nisi gra-  
ante etiam à sponso commissa & post comperta Dn. Carpz. d. l. vissime  
def. 188.) fornicatio, sed etiam coeundi impotentia; fu- adfint  
tor; atrox delictum commissum; morbus contagiosus vel  
desperatus; nec non inimicitiae irreconciliabiles. Dn.  
Carpzov. d. l. 2. def. 176. Henriquez. sum theor. mor. L. II.  
c. 14. Dn. Richter. p. 1. dec. 8. Dn. Fibig. coll. leg. D. 51. se-  
n mid.

mid. q. 2. Nec intereat an vitia, quæ inter has caussas sunt potissimum enumerata callide dissimulata fuerint ante sponsalia contracta; an post contractum supervenerint. Matth. d. D. 2. th. 11. 19. 20. Add. thes. pen.

Sponsalia  
alia sunt  
publica;  
alii clan-  
destina.

XV. Accipiendus verò hic effectus sponsaliorum de alia publicis; non de clandestinis, quæ scil. vel nullis testibus intervenientibus, Dn. Carpzov. d. l. 2. def. 33. 34. vel sine parentum consensu inita. Vid. Dn. Carpz. resp. 109. n. 6. & seqq. & Jpr. Conf. d. l. 2. d. 38. 39. 40. clandestina enim nullius sunt efficaciæ, nisi publicè deinde fuerint repetita & confirmata. Id. def. 35.

Quæ spon-  
salia pre-  
ferantur.

XVI. Semper igitur publica, etiam posteriora, clandes-  
tinais præferuntur c. 2. de cland. desp. Vid. Beust. d. tr. c. 14.  
Cypr. d. tr. c. 12. §. 20. Dn. Carpz. def. for. p. 4. c. 19. def. 7.

Dn. Richter. dec. 8. n. 42. Porro sponsalia de præsenti, li-  
cet posteriora, præferuntur sponsalibus de futuro c. 22. b.  
Matth. d. D. 2. th. 22. 23. Quod si vero bina sponsalia de  
præsenti publicè celebrata, priora præferuntur, etiam si  
ad posteriora concubitus accesserit, modò primus spon-  
sus vel sponsa, sponsam vel sponsum talem admittere ve-  
lit. c. 1. c. ult. de spons. duor. Vid. Dn. Carpz. d. l. 2. def. 63.  
& 65. Sed quid si posteriora publica per nuptias & bene-  
dictionem sacerdotalem consummata? Nihilominus  
priora esse præferenda statuunt. c. 30. 31. b. c. 3. de spons.  
duor. Thoming. conf. 52. vol. 1. Berlich. 4. concl. 28. n. 67. Dn.  
Carpz. prax. cr. 2. q. 38. n. 58. Äquior tamen videtur senten-  
tia contraria. vid. Cypr. c. 10. §. 25. §. 26. Dn. Carpz. d. l. 2. d.  
66. Dissolutis vero sponsalibus pars nocens innocentie ex-  
pensas restituere debet; & arrham perdit. Dn. Carpz. d. l.  
d. 64. & præterea punitur. Id. d. q. 38.

XVII.

XVII. Notandum denique speciatim de copula carinali, accedente sponsalibus, (1.) quod inde, si de promissione matrimonii constet, inducatur ipsum matrimonium presumtum, non admittens probationem in contrarium c. 30. b. c. 6. d. cond. appos. Dn. Richt. dec. 8. n. 6. Add. Uran. tom. 3. cons. 17. ibid. Frider. Benning. in addit. Si vero de ista non constet, puella tamen intervenisse illam constanter assertat, contra stuprum fatentem inducatur presumptio juris, elidenda juramento purgationis. Kitzel. 10. et al. 26. d. Beust. 1. c. 47. Dn. Carpz. d. p. 2. q. 68. n. 97. (2.) Quod si ad clandestina sponsalia accesserit concubitus, illa sunt matrimonio consummanda, Dn. Carpzov. d. l. 2. def. 36. 37. licet parentes dissentiant, aut publica posteriora celebrata fuerint. Dn. Richter. d. dec. 8. n. 55. & seqq.

Quid de  
accedente  
copula car  
nali scien  
dum.

XVIII. Paret ex dictis, quod licet quoad modum in- Differen-  
eundi sponsalia cum aliis conventionibus convenientia: tia spon-  
maxime tamen in aliis differant: cum alia pacta & spon- faliorum  
fiones sint de rebus, & jus ad rem, sc. praestandam, produ- ab aliis  
cant: sponsalia vero sint modus, quo mutuo mas & conve- conven-  
femina obligantur ad praestandum illum consensu, il- tionibus.  
lumque actum, nuptias sc., celebrandum, qui ipsas per-  
sonas conjungit, & ex quo Jus Personarum oritur.

## Tit. II.

### De Ritu nuptiarum.

Jung. L. 5. T. 4. C. de nuptiis. T. 5. C. de incestis & inutilibus nuptiis. T. 6. C. de interdict. matrim. inter pupill. & turorem sc. curat. filiosq; eorum. T. 7. C. si quicunq; prædit. potest. vel ad eum pertin. ad suppositar. Id est. sue aspirar. tenet. nupt. T. 8. C. si nupt. ex rescr. petant. T. 9. C. de sec. nuptiis. T. 10. C. si sec. nupser. mulier, cui marit, usumfr.

reliq. L. 4. T. 6. x. qui clericī, vel vov. matrim. contrab.  
poss. T. 7. x. de eo, qui dux in matrim. quam poll. per adul-  
ter. T. 8. x. de conjugio leproorum. T. 9. x. de conjugio ser-  
vor. T. 11. x. de cognat. spirit. T. 12. x. de cognat. legal. T. 13.  
x. de eo qui cognov. consangvin. ux. vel spons. T. 14. x. de  
consang. & affin. T. 15. x. de frigid. & malef. T. 16. d. x. de  
matrim. contra interd. Eccl. T. 18. x. qui matr. accus. poss.

**Definitio XIX.** Nuptiæ s. matrimonium est viri & mulieris  
nuppiarū. (*legitima*) conjunctio, individuam vitæ consuetudinem  
continens §. 1. f. de patr. potest. vel consortium omnis vi-  
ta, divini (b. e. sacerorum, quæ privata cujusque familia a-  
pud Rom. erant, vid. Brisson. de rit. nuppiar.) & humani ju-  
ris communicatio l. 1. h. Vel: Conjugium est unius ma-  
ris & foeminae legitima & indissolubilis conjunctio, juxta  
divinam institutionem mutuo utriusque consensu inita,  
ad generis humani propagationem, ac mutuum vitæ ad-  
jutorium.

**Autor Cō.** XX. Autor Conjugii est Deus, qui non solum natu-  
ralem propensionem, quâ mares & foeminae in conju-  
gationem feruntur omnibus animalibus per naturam in-  
didit pr. f. de f. n. g. & c. Arist. 2. de gen. an. 2. & 2. de a-  
nim. t. 34. sed etiam singulariter inter homines conju-  
galem statum instituit, & certis legibus determinavit. Gen.

Cōstituit 2, 22. Matth. 9, 4.

& efficit XXI. Initur juxta Dei institutionem matrimonium  
cōjugium consensu conjugali mutuo, seu consistit contractus, quo  
consensus matrimoniū initiò constituitur in affectu alterno N. 32. c. 3.  
mutuus. sive consensu conjugali, in individuam sc. ac fidissimā so-  
ciatem, qui etiam includit animum & votum liberos  
procreandi l. 220. §. 3. de V. S. Covarruv. P. 2. de matrim. c.  
3. §. 1. n. 2. Concurrunt enim in matrimonio conjunctio  
ani-

animorum & copula seu conjunctio corporum, ordinata ad prolem: In illâ consistit essentiale hujus conventionis; l. 30. de R. J. hæc illam sequitur: d. l. 220. §. 3. de V. S. atque primum est caussa secundi, & ex secundo primum inferatur: cum ratione quoq; naturali constet, sine vinculo indissolubili non licere copulam. Henr. d. p. 11. c. 8. n. 30. Add. Selden. de J. nat. & gent. juxt. discipl. Ebraor. l. 5. c. 1. 2. 3. Bachov. ad Wes. n. 3. b. dicens, in conjunctione voluntatum & affectuum videtur forma consistere: conjunctio corporum est consequens, quæ tamen potentialiter & intentionaliter ita requiritur, ut conditio perpetuâ servanda castitatis adjecta conjugium ipso jure faciat nullum, ut censem cum aliis Covarr. p. 2. c. 3. §. 1. n. 5. Atque hinc ob impotentiam, quæ jam ante nuptias adfuit, matrimonium declaratur nullum, & dicitur de ejusmodi personis: daß sie mis einander in keinem vollständigen Ehebette gesessen: Vid. Beust. 2. c. 14. 15. Ann. Robert. 4. rer. jud. 10. Add. Covarr. or. de frigid. & malef ubi q. 7. tradit, inter omnino impotentes si nolint ab initio connubio recedere, non esse verum & perfectum matrimonium, sed societatem & cohabitationem quandam. Aliter Winckelm. de princ. Jur. L. 3. c. 5. p. 266.

XXII. Declaratur iste consensus regulariter expressis verbis c. 25. de sponsal. aliquando ex signis vel factis colligitur c. un. de desp. imp. in 6. unde & muti ac surdi matrimoniū inire possunt. Add. Hillig. 13. c. 20. a. circ. fin. sus.

Ad declarandum aut explorandum isthunc consensum non nunquam proxenet & adhibentur: de quibus legas Jac. Curt. conject. tom. 1. l. 3. c. 12. Besold. thes. pract. voc. Kuplerin. Debet vero consensus serio intervenisse, nō jocando Alb. Gentil. de nupt. c. 8. Hottom. conf. 108. Dn. Carpz. Jpr. Conf. d. l. 2. d. 19.

Requiri-      XXIII. Restringitur consensus contrahentium ma-  
tur etiam trimonium ita, ut adhibendus quoque sit Parentum con-  
parentum sensus, & quidem jure civili filius, qui est in potestate pa-  
consens. tris, consensum ejus necessariò requiret, quo non adhibi-  
*De jure*      to matrimonium erit illegitimum & liberi illegitimi pr.  
civili.

*Jur. nat.*      J. h. l. 25. h. l. 12. C. eod. l. 11. de stat. hom. Dn. Frantz. Ex.  
2. q. 4. Mæstert. dub. 1. & 2. nec ratihabitio antè natos ef-  
ficit legitimos de pr. J. l. 68. dejur. dol. l. 13. §. 6. ad L. Jul.  
de adult. Dn. Frantz. d. exc. q. 5. Non obst. l. 5. C. b. De fi-  
liabus v. l. 12. de sponsal. l. 7. 18. 20. C. b. Si nepos contra-  
here velit, non solum avi, sed & patris consensum impe-  
trare debet, in cuius potestatem post mortem avi reca-  
surus est: quod si neptis nubat, solius avi consensus suffi-  
cit. l. 9. l. 16. §. 1. b. Non obst. l. 3. eod. Jure verò naturali  
non de necessitate, ut loquuntur, sed de honestate exigi-  
tur. add. l. 1. §. ult. de lib. exhib. Dn. Frantz. d. ex. q. 3. Bach.

*Jure can.* ad Wes. h p. 446. Jure canon. sponsalia quidem sine pa-  
rentum consensu inita nulla existimamus, sed nuptias  
consummatas omnino subsistere c. 1. 3. q. 5. 30. c. 13. q. 2.  
32. c. 6. de cond. appos. c. 6. derapt. c. 2. q. 2. 27. Add. thes. 5.

*Moribus.* Idem ferè moribus obtinet. Vid. Beust. 2. c. 45. & segg.  
Bechst. d. 1r. de cond. appos. p. 272. Schneidev. ad t. de nupt.  
2. n. 29. Neque firmat juramentum sponsalia absque  
consensu parentum inita. Dn. Carpz. d. l. def. 58. Per  
ratihabitionem tamen parentum convalescunt hodie  
sponsalia & nuptiae. Dn. Carpzov. d. l. 2. def. 41. Parenti-  
bus defunctis avi aviaque consensus est necessarius Dn.  
Carpz. d. l. def. 45. Non verò curatorum & agnatorum.  
Id. d. 46. Adhiberi quoque debet consensus parentum  
sec. ordinationes quorundam locorum Ecclesiasticas  
etiamsi

etiam si majorenes & patriâ potestate liberati fuerint liberi. Id. def. 49.

XXIV. Non tamen cogendi liberi à parentibus, ut Non tamē cum hāc vel illā personā conjugium ineant l. 12. l. 14. l. 18. cogendi liberi à parentibus. C. b. l. 21. D. eod. Wurmb. obs. pract. t. 36. c. 1. Perez. in Cod. b. n. 14. Et aliquando ob justas caussas liberi à parentibus dissentunt l. 12. §. 1. b. imò aliquando sine parentum consentiū consensu liberi contrahunt matrimonium (1.) si parentes su parentū consentire nequeant l. 25. C. b. l. 11. b. (2.) si injuriā dissentiant & prohibeant, l. 19. b. Perez. n. 15. D. Luther. lib. von Ehesachen P. 1. art. 5. §. Weiter findet man solche grobe Lause. Add. Hillig. d. l. p. 113. Dn. Carpzov. resp. 110. Id. d. l. 2. def. 52. 53. & seqq. Vid. tamen Dn. Richt. dec. 8. n. 50. 51.

XXV. Sequitur autem ex formal i ratione ejus, quod Qui non efficit matrimonium, & th. 21. explicatum est, quod qui non consentiunt nec matrimonium contrahant. Consensus autem duo sunt principia: intellectus & voluntas: hæc deficiunt (1.) infuriosis l. 8. de spons. c. 2. 4. eod. Add. trahūt. l. 16. §. ult. b. l. 12. §. 7. sol. matr. Hillig. d. l. 116. a. (2.) extrēmè ebriis Tbom. 2. 2. q. 150. art. ult. Wes. b. n. 8. Dn. Carpz. non possint d. l. 2. d. 31. secus si paulò plus quis ad biberit Covarr. 2. c. 2. cōsentire. n. 1. Cypr. 1. c. 13. §. 61. 62. (3.) Cœco amoris impetu ductis. Vid. Cypr. d. c. 13. §. 63. 64. Ricc. dec. Neap. 3. dec. 15. Intellectui ac cognitioni glaucoma objicit l. error c. un. q. 1. XXIX. vel qui est circa ipsam personam & vitiat matrimonium Sust. d. 2. aph. 50. vel circa ejus qualitates, easque aut ad essentiam matrimonii quodammodo pertinentes, ut: (1.) error circa potentiam generandi c. 26. d. sponsal. Covarr. 1. c. 2 §. 4. 5. (2.) circa virginitatem. Cum enim copula extra conjugium sit illicita: th. 21. adeoque virginitas ad matri-

monium usque servanda, & quasi tacitè de illâ matrimonium ineuntes sibi invicem dent fidem : hinc meritò sponsus à sponsâ & vice versâ sponsa à sposo, virginitatē exigit: unde si tentatâ reconciliatione sponsus gratiam huic, tacitè datæ, fidei violatæ facere nolit, rescinditur matrimonium. Add. Nov. Leon. 93. Beust. c. 34. Kitzel. de matrim. c. 4. theor. 19. aliud legitur in J. C. c. 3. q. 1. XXIX. Exceptiones legas apud Cypr. d. c. 13. §. 42. & seqq. Nic. Reusn. 1. conf. 5. Ratione sponsi verò ob istam caussam matrimonium rescindi haud permittitur. Cypr. c. 13. §. 57. (3.) error circa qualitates ob legum ordinationem necessarias, ut circa statum, & necessitudinem Suth. d. aph. 50. Aut omnino accidentales, ut divitias, formam: & talis error non vitiat matrimonium. Suth. aph. 51. II. dolus, Vid. Cypr. c. 13. §. 58. Reusn. d. l. q. 7. Kitzel. d. c. 4. th. 15. Molin. Vel quod D. 259. n. 8. & D. 352. n. 5. Voluntati officit vis atque codolo inducō actio, ita, ut matrimonium metu (*non tamen reverentia* eti. li Conf. Reusn. d. l. conf. 6.) initum sit nullum, nec opus habet. Vel quod beat rescissione l. 14. C. de nupt. c. 14. 15. 21. de sponsal. c. 9. consti. de desp. imp. Suth. aph. 55. Cypr. 8. 14. Henrietz. d. tr. L. 11. c. 9. nisi posteà ultiō quis cohabitetur c. 23. de spons. ibid. Panorm.

Præterea XXVI. Diximus constitui conjugium consensu ad consti- in societatem conjugalem, & is quidem essentiam con- tuendum jugii producit. l. 22. C. de nupt. l. 66. de don. int. vir. & ux. matrimo- c. 1. ibique vivian. de spons. Sunt verò omnium ferè nium re- gentium moribus ad cohabitationem, quâ consensus quiruntur consummatur, initiandam, & consensum publicè con- solenni- tates. firmandum, quædam solennitates adhibitæ: Cypræ. 1. c. 5. add. Selden. d. l. 3. c. 5. ut apud Romanos fuit deductio in do-

domum d. l. 22. Add. Hillig. 13. c. 19 f. g. Dn. Frantz k. ex.  
2. q. 7. Hodie festivitatem nuptialem præcedit publica  
ex suggestu proclamatio, ut plurimum trina c. 3. decland.  
despons. quæ denunciations banna vocantur c. 27. de spons.  
Add. Menoch. conf. 398. Berlich. dec. 76. ubi tradit post tri-  
nam proclamationem alium ad impediendum matrimonium  
non audiri. Deinde ipso die nuptiarum sequitur in Ec-  
clesiâ, vel cœtu fidelium sacerdotalis copulatio & bene-  
dictio. Qr. autem an hâc omissâ matrimonium sit nul-  
lum & liberi illegitimi? Quæ ut decidatur quæstio, inspi-  
ciendæ rationes illarum solennitatum, quarum duæ (1.)  
Publica honestas Ecclesiastica, ut convenientiori cum  
decentiâ matrimonium contrahatur, ac iteretur per sa-  
cerdotem benedictio divina primis conjugibus à Deo fa-  
cta. (2.) ut de consensu conjugali publicè constet, atque  
ita evitentur sub prætextu matrimonii clandestinæ scor-  
tationes. Add. c. 1. q. 5. XXX. Hæ verò rationes non effi-  
ciunt, ut solennitate nō observatâ matrimonium ipsum,  
quod sua essentialia habet, modò de illis verè constet, sit  
nullum, sed erit tantum non solenne, & illam omittens  
peccabit contra publicam honestatem & ordinationes  
Ecclesiasticæ: adeoque puniendus, & adhuc omissas so-  
lennitates adhibere tenetur. *Hanc ipsam sententiam innuit*  
*d. c. 1. q. 5. 30. & confirmat Henriquez. L. 11. c. 5. n. 2. & c.*  
*16. Bachov. ad Wes. b. n. 2.* Hinc porro deducimus, si qui-  
dam sponsalia de præsenti publicè celebraverint, & fili-  
um, anteq. benedictio sacerdotalis accesserit, progenue-  
rint, illum non esse illegitimum; licet morte alterutrius  
conjugis interveniente solennes nuptiæ planè non inse-  
cutæ fuerint; quam sententiam etiam favor partiū adju-  
vat,

vat, qui in simili casu attenditur c. 14. qui fil. sunt legit. Dn. Carpz. 3. Jpr. Romano-Sax. C. 14. d. 12. Cypr. c. 11. §. 21. Bes. thes. pract. lit. b. n. 49.

Objectū  
conjugii  
sunt ipsæ  
personæ.  
Inhabiles  
sunt I.na-  
turā.

XXVII. Junguntur ita mas & foemina: M. Ant. de Dom. d. l. s. c. 11. n. 49. Requiritur autem ut personæ sint habiles, quæ habilitas consistit I. in facultate generandi naturali. Qui ego non potest generare, sive ob ætatem sive ob corporis vitium, nec matrimonium contrahere potest: ob ætatem vel nimis teneram pr. J. h. c. 3. de desp. imp. Add. Hillig. 13. c. 19. b. Dn. Carpzov. Jurispr. Consist. 2. def. 12. vel nimis proiectam vid. Sutholt. aph. 17. Perez. C. h. n. 7. non tamen prohibetur sexagenarius cum juvenculâ inire matrimonium. Dn. Carpz. d. l. d. 13. Ob vitium corporis, ut castrati, arg. §. 9. J. de adopt. frigidi & maleficiati t. t. defrig. & malef. Covarr. integr. tr. Notandum quoque hîc de hermaphroditis, quod iis non permittendum matrimonium, nisi ex inspectione de sexu potiori constet: arg. l. 10. de stat. hom. Dn. Carpz. Jpr. Conf. l. 2. d. 16.

## II. Lege.

XXIX. Porro II. Ut lege non prohibeantur: nim. (1.) ob statum, scil. servi, quorum uxores, non conjugessed contubernales jure Rom. dicuntur h. ult. §. de grad. & affin. De fure can. vid. t. t. de coxj. serv. it. peregrini in rep. Rom. pr. J. h. l. 3. C. de inc. & inut nupt. Conf. Selden. d. l. s. c. 12. & (2.) ob infidelitatē matrimonij cum Judæis interdī- fidelitatē. citur l. 6. C. de Jud. & cælic. Idē de aliis infidelibus dicendū l. 1. C. Theod. de nupt. gentil. Covarruv. part. 2. c. 6. §. 11. n. (3.) ratione dignitatis publicæ. 3. Beust. de matrim. p. 2. c. 39. (3.) Respectu dignitatis pu- blicæ prohibebantur Senatores & alii dignitate conspi- cui ducere humiles & abjectas foeminas; Et ex diverso

viri

wiri humiles vetabantur ducere uxores nobiliores l. 16. pr.  
l. 23. l. 27. l. 34. §. ult. l. 42. §. 1. l. 43. §. 10. l. 44. l. 47. l. 49.  
b. l. 3. C. eod. l. 7. C. de inc. nupt. l. 1. C. de nat. lib. Novissimo Quod no-  
autem jure digniori humilem ducere non interdicitur l. vissimo ju-  
23. C. b. N. 51. 78. c. 3. N. 89. c. ult. N. 117. c. 6. Ita & hodie re corre-  
subsistit matrimonium nobilium cum plebejis: ac mu-  
lier plebeja si nubat viro nobili hujus nobilitatem parti-  
cipat. Dn. Carpz. d. l. def. 10. II.

XXIX. Porro (4.) Publicæ utilitatis intuitu prohi. (4.) obpu-  
bentur, qui provinciis præsunt, jungi provincialibus: vid. l. blicam uo-  
38. (cui non obft. l. s. un. C. si rect. provinc. Cujac. 4. o. 22) l. 57. l. tilitarene.  
65. §. 1. b. l. 6. C. eod. l. un. C. si quac. præd. pot. (5.) Pudici- (5.) Pudi-  
tiæ tutandæ gratiâ prohibitum matrimonium cum eo eâ. citie tuen-  
ve, qui quæve adulterii damnatus damnatae est l. 29. §. 1. dæ gnatia  
ad L. J. de adulter. l. 9. C. eod. l. s. §. 2. de concub. l. 37. §. 1. de  
minor. quod quodammodo correctum N. 22. c. 18. Mori-  
bus quoque nostris regulariter non prohibetur quis in u-  
xorem ducere, quam per adulterium polluit: Dn. Carpz.  
d. l. 2. d. 14. 15. Dedek. 2. conf. 9. Similiter etiam raptoris  
cum raptâ erat interdictum matrimonium l. un. §. nec sit  
facultas. C. de rapt. virgin. quod mutatum c. ult. de raptor.  
Add. Sánchez. l. 7. D. 13. Mæstert. de Just. Rom. LL. L. I.  
Dubit. 5. (6) Prohibuit jus civile nuptias tutoris vel cu- (6) Obpe-  
ratoris cum pupillâ adultâ vel l. 36. 59. 60. 66. b. l. 1. & t. t. C. riculum a-  
de interd. matrim. int. tut. & pup. Quod moribus non ob- vertendū  
tinet. Beust. 1. de sponsal. c. 21. in fin. Add. Hillig. d. l. Kit. à pupillo:  
zel. d. tr. c. 3. Rittershus. 2. diff. 20. Marc. Anton. de Do-  
min. de rep. Ecclesiast. l. 5. c. 11. n. 5. ubi inter alia dicit: Su-  
premorum Principum erit in suis ditionibus contractui ma-  
trimonii conditiones apponere, quibus vel contractus teneat;

vel irritus sit, & nullus, dummodo nihil contra ius divinum statuatur. Sic videmus Romanos Impp. circa matrimonias fuisse admodum sollicitos &c. Inde cernimus Impp. prohibuisse, ne liber cum ancillâ posse matrimonium contrahere; ne insciis parentibus fiant conjugia. &c. Ac firmissime semper vetus Ecclesia tenuit, matrimonium contra leges Principum contractum nullum esse &c.

*Quib. von recte in- terdica- tur.* XXX. Non verò interdicitur rectè clericis & Ecclisiæ ministris matrimonium. Vid. 1. Cor. 7, 2. 1. Tim. 3, 2.

& 12. Tit. 1, 6. 1. Tim. 4, 3. Dn. Carpzov. Jurispr. Consistor.

L. 2. def. 4. 5. Non etiam prohibitum est inter diversæ religionis homines: licet regulariter melius sit ejusdem religionis homines matrimonio jungi, Id. d.l. def. 6. ne quidem verò sponsalia propter diversitatē religionis dissolvenda. Id. d.l. def. 7. 8.

*(7)ob per-* XXXI. Potissima verò caussa est, personarum proxinarum pinqutas vel ratione cognationis vel ratione affinitatis, propinquitatem. Comprehenditur autem prohibitio quoad consanguinitatem. Jure civili seu Romano hisce tribus.

Et quidē Regulis :: Prima est :: Inter ascendentes & descendentes seu parentes ac liberos contrahi nuptiæ non possunt, cognatio- nis. veluti inter patrem & filium, vel avum & neptem, vel De Jure matrem & filium, vel aviam & nepotem; & usque in in-

civ. regula finitum. §. 1. I. b. l. 8. l. 53. h. l. 17. C. eod. N. 12. c. 1. Et hæc prima.

adeò vera sunt, ut quamvis per adoptionem parentum liberumve loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio jungi: etiam dissoluta adoptione. d. §. 1. in fin. I. b. l. 12. §. f. l. 14. pr. §. 1. l. 55. h.

*Regula se- cunda:* XXXII. Secunda regula est: Ex collateralibus inter fratrem sororemque nuptiæ prohibitæ sunt, siue ab eodem

dem patre eadem que matre natū fuerint, sive ab altero eorum. §. 2. l. b. l. 18. l. 14. §. 2. l. 54. b. l. 35. §. 1. de V. O. Sed si qua per adoptionem sorori tibi esse cœperit, durante solūm adoptione, nuptiæ inter eam & te consistere nequeunt d. §. 1. l. 12. §. f. l. 17. §. ult. h.

XXXIII. Tertia regula est: ulteriores collaterales, *Regula quod attinet, interdictæ sunt nuptiæ cum iis personis, quæ tertia parentum vel liberorum loco habentur.* §. 3. 4. f. h. l. 39. h. l. ult. C. de inc. nupt. l. 2. C. si nupt. ex rescr. pot. seu quæ post parentes proximum inter collaterales obtinent locum: quarum sc. alter proximè subest stipiti, à quo uterque provenit. Sic fratri vel sororis filiam aut neptem §. 3. f. h. Item amitam; materteram; amitam magnam & materteram magnam uxorem ducere non licet. §. 5. f. h. Obtinet quoq; hoc in iis, qui adoptione facti agnati, quandiu constat adoptio. §. 3. b. l. 17. §. f. eod. cognatio verò in specie sic dicta per adopt. non contrahitur l. 23. de adopt. ideoque nec inde impedimentum quoad nuptias ineundas oritur l. 12. §. fin. h. excip. personæ, quæ se habent quodamodo ut ascendentes, ob reverentiā, ut patris adoptivi mater, aut materter. l. 55. §. 1. h. Add. Alber. Gentil. l. 5. de nupt. c. ult.

XXXIV. Affinitatis veneratione jure Pandectarum Ratione prohibitæ tantùm videntur nuptiæ inter affines, qui parentum & liberorum loco sunt l. 39. b. l. 4. §. 4. de grad. §. Prohiben- 6. 7: f. b. l. 17. C. eod. Nimirum uti juxta regulam primam tur perso- descendentes & ascendentis in linea rectâ, s. parentes ac na ad simi libitudinem liberi, non possunt jungi matrimonio: ita quoque parentes aut liberi unius conjugis & alter conjux inter se matri- dictæ re- monium inire prohibentur, v.g. sacer & nurus; socrus & mæ. gener; noverca & privignus. &c. dd. text. Extenditur

verò hæc prohibitio, ob reverentiam & publicam honestatem, ad eas personas, quæ descendantibus aut ascendentibus conjugis alicujus fuere matrimonio junctæ, vel harum etiam ascendentibus seu quod loco ascendentium iis in linea recta sunt. *vid. l. 15. h. conf. §. 9. h.*

*ad simili-  
tudinē re-  
gula se-  
cunda.*

XXXV. Postmodùm verò Constitutionibus Imp. ex simili analogia interdicta est inter eas personas affines conjunctio, quæ se habent ut frater & soror. *l. 5. l. 8. C. de inc. nupt.* videlicet sicuti juxta regulam secundam non licitum est conjugium inter fratrem & sororem: ita nec inter conjugem & alterius conjugis fratrem sororemve. *dd. text.*

*Non verò ad simili-  
tudinē re-  
gula se-  
cunda.* XXXVI. Ulterius verò non reperitur inter affines prohibito jure civili. Licta igitur jure Romano est conjunctio cum materteræ vel amitæ viduo, vel avunculi aut patrui vidua. *Sand. decis. Frisic. l. 2. tit. 1. def. 8.* Cum enim in tertia regulâ illa analogia attendatur, quâ collaterales quidā erga se invicē qs. parentes & liberi se habent: visum fuit Romanis ex hâc analogia rursus aliam inter affines, in linea hâc transversâ, non inducendam esse analogiam.

*De Jure  
sangvini-  
tatis.*

XXXVII. Jure divino, quod consanguinitatem attingit, exdem regulæ observandæ, neq; ulterius extenditur cōprohibitio. Sic prima colligitur ex Lev. 18, 7. Secunda ex Lev. 18, 9. Tertia ex Lev. 18, 12. Non enim personæ solum quæ ibi enarrantur, sed similes quoque respectus inspiciendus, ita sc. ut quæ personæ eodem planè modo sibi sint junctæ, quo ibi enarrantæ, etiam prohibeantur inter se matrimonium contrahere. Quò etiam faciunt præmissa de cōsangvinitate verba generalia *Lev. 18, 6. Dn. Gerhard. p. m. loc. de conj. Beust. de matrim. c. 51. l. 2. Amel. de cas. consc. c. 35. n. 17.*

XXXIX.



XXXIX. Ratione affinitatis itidem prohibentur nuptiae inter personas (1.) quae parentum ac liberorum loco affinitatis sunt, seu quae alterutrius conjugis sunt ascendentes & descendentes in linea rectâ *Lev. 18, 8. 15. 17. Deut. 27, 20. 1. Cor. 5, 1. Levit. 20, 12. 14.* & (2.) quae se habent ut frater & soror *Levit. 18, 16. 18. 20, 21.* Præterea (3.) communiter Dd. statuant, quod jure divino etiam inter istas personas affines sint interdictæ nuptiae, quae conjugi defuncto aut defunctæ in linea collaterali (*juxta thes. 32.*) fuere loco parentum vel liberorum: per text. *in Levit. 18, 14. 20, 20.* Vid. Bechstad. *d. tract. c. 7.* Alii verò non ita simpliciter ac in genere inter hujusmodi affines prohibitos esse nuptias statuant: cum de aliis affinitatibus, (*de quibus initio hujus thes. n. 1. 2.*) plura exempla proponantur, ex quibus generalitas prohibitionis colligi possit: De hujusmodi autem affinitate solùm inveniatur hæc unica prohibitiō, ne quis patrui sui uxorem ducat *d. text.* Unde admitunt nonnulli nuptias cum defunctæ uxoris sororis filiā. Vid. Petr. Wesenb. & Fichard. *consil. apud Bechstad. d. tr. p. 370. & 384.* Dn. Richter *dec. 11. n. 13.* Similiter permitti posse volunt, ut vidua nubat defuncti mariri fratris filio, seu quis ducat in uxorem avunculi sui reliquam viduam. Dn. Richter. *d. l. n. 7. 9. & seqq.*

XXXIX. De Jure Canonico itidem, quod spectat Jure Canonico. consanguinitatem, tres istæ regulæ quidem obtinent: Prima enim habetur *c. 16. 17. 18. q. 3. XXXV. Bechstad. d. tr. c. 9. secunda c. 1. & prefat. q. 1. XXXV. tertia c. 13. verb. in gradibus, quos lex divina. de restit. spoliat. ibique gloss. c. 8. de divorc. Bechstad. d. l. c. 11. p. 79. & 91.* Atque ultra has prohibitiones Legibus Ecclesiasticis ante Gregorum peculia.

Ratione  
consanguinitatis.

culiares non fuisse constitutas, & totam priscam Ecclesiā cum Levitico & Republicā consentire, dedit Marcus Antonius de Dominis *de rep. Eccles. L. 5. c. 11. n. 73.* Postmodū verò Jure Canonico ultra istam prohibitio-  
nem ob respectum, quo parentum & liberum loco quidā sunt, usque ad septimum gradum nuptiæ sunt interdictæ  
*c. 7. 21. q. 2. XXXV.* Coarctata deniq; ab Innocentio III. prohibitio, ut debeat terminari in quarto gradu, tam in li-  
neā æquali quam inæquali *c. 8. de cons. & affin.* Quā de re ita jam laudatus Autor *d. l. n. 78.* Non aliâ de causâ Romani Pontifices usque ad quartum gradum prohibitiones has ex-  
tenderunt, nisi ut frequentiores essent dispensationes, ex qui-  
bus immensa pecunia in eam Curiam confluit; & assignatae  
sunt in Cancellariâ pro singulis remotioribus gradibus pretia:  
nam propinquiores cōpositiones facere debent sanè ingentes,  
ubi presertim conjuges vel divites sunt, vel magnates vel  
Principes. Et hoc procul dubio facit, ut leges Ecclesiasticae  
talium nuptiarum prohibitiæ sint prorsus injustæ ac nullæ:  
non enim honestatem & decentiam respiciunt, aut in re ipsâ  
æquitatem, sed solum proprium lucrum. Nemo enim, cui tales  
dispensationes negentur, & quotquot eas petunt, tot eas  
accipiunt, solo prelio exhibito, imò ne à Papa quidam postu-  
lantur, sed prostant in publico officio cuicunque accedentis  
venales.

Ratione  
cognatio-  
nis spiri-  
tuale.

XL. Monendum hîc quoque est, ob cognatio-  
nem spiritualem inter susceptorem & eam, quæ à sacro  
baptismate est suscepta, matrimonium à Justiniano pri-  
mùm *l. 26. C. h.* & deinde à canonibus interdictum, ita,  
ut extensa reperiatur prohibitiō ad baptizati paren-  
tes. *vid. t. t. de cognat. spiritual. ibique Zœl. comment.*

Add.



Add. Sarthol. Diff 2. aph. 30. Matth. de matrim. D. 3. th.

19. Sed hæc prohibito in nostris Ecclesiis non obliteratur.

XLI. Ratione affinitatis in linea rectâ & collaterali, eadē, Ratione quæ jure civili (thes. 35. 36.) & jure divino (th 38.) traditur, affinitatis itidem Jure canonico est prohibitio. arg. c. 1. de cons. & affin. c. 3. 12. 13. q. 2. XXXV. Bechstad. d. tract. c. 6. p. 183. & 186. Postea vero, perinde ut de contagynitate th. 39. dictum, inter affines quoque in linea collaterali usque ad quartum gradum nuptiæ sunt prohibitæ, d. c. 8. de consanguin. & affin.

XLII. Numerantur vero sec. gloss. in d. c. non debet. Tria genera. verb. in secundo. de consang. & aff. tria genera affinitatis recentiorum. Primum genus est, quod per primam carnis copulam sentur. Iam seu mediante una persona contrahitur; cujusmodi affines in ordine adscendentium sunt Noverca, Vitricus, Avi mei conjux & similes. In descendentium ordine filiorum & cæterorum conjuges. In collateralium ordine v. g. patruorum, avunculorum, amitarum &c. conjuges. Secundum genus adfinitatis est, quod per personam primo generi additam, copulâ carnali interveniente, constituitur, vel quod mediantibus duabus personis contrahitur, e. g. si frarris tui uxor, quæ primo generi tibi juncta, fratre tuô mortuô, Titio nubat, is Itius tibi in secundo genere adfinitatis erit junctus. Denique tertium genus affinitatis est, quod per tertiam carnis copulam sive tribus personis mediantibus contrahitur, e. g. si frarris tui viduâ mortuâ, ipsius secundus maritus filius Sejam ducat in uxorem. Hic tres sunt personæ successivè contrahentes nupias, nempe frater cum uxore suâ; deinde cum vi-

duâ fratri Titius, & denique Titius cum Seja contrahit matrimonium. Seja igitur, quæ secundo marito viduæ fratri post mortem ejus Titio est juncta, est mihi juncta tertio genere affinitatis. Pertinet autem prohibitio iuris canonici, ne intra quartum gradum juncti affines inceant inter se nuptias, tantum ad primum genus affinitatis. in reliquis duobus generibus attenditur, an sublit similis respectus ei, qui est inter parentes & liberos: Conf. l. 15. b. vel etiam, præsertim in secundigenoris affinitate, qui inter fratrem & sororem. Add. Bechstad. d. tr. c. 3.

Usu hodierno ratiōne cujusque loci ordinationes Ecclesiasticae; in quibus one correcte Principes ultra juris divini prohibitionem matrimoniis quædam interdicunt. vid. Exerc. I. th. 58. In plurimis autem locis hæc obtinent quoad cognationem prohibiciones: I. In linea rectâ inter descendentes & ascendentis in infinitum. II. In linea collaterali in genere prohibitum est matrimonium inter personas, quæ se quodam respectu ut parentes & liberi habent: habet verò se instar parentis qui stipiti, (e. g. avo) à quo uterque (e. g. pater meus ejuꝝ frater) originem trahit, mediare subest (e. g. patruus meus) add. th. 33. III. Præter has personas in specie in linea collaterali æqualiusq; ad secundum gradū, ipso secundo gradu inclusio. In quibusdam locis etiam tertius gradus prohibetur, vel saltem ut dispensatio impetranda sit, disponitur. In linea inæqualiusque ad tertium gradum, itidem hoc in prohibitione comprehenso. Coler. decis. 2. n. 2. Conf. Bechstad. coll. jur. conn. Kitzel. c. 3. th. 7.

Computatio  
no hic in-  
telligitur  
canonicas.

& seqq.  
XLIV. Computationem verò hic intelligimus non  
civi-

civilem tec̄ canonicam. Quamvis enim jus canonicum apud nos quoad prohibitionem graduum non omnino attendatur, recipiunt tamen est in causis matrimonialibus modus computandi sec. jus canonicum. Add. Kitzel. d. tr. c. 3. theor. 7. lit. f. Plurimi quidam absurditatis isthanc compensationem arguunt, ut novissime quoque in eam vehementer invehitur Joh. Sithman. in Ideā arbor. consanguin. c. 3. Verū si rectē scopum canonum attendas, ista, canonica & usu recepta, computatio facilē defendi potest. Nimirum propositum fuit Pontificibus, ulterius prohibere nuptias, quām ob sāpiū indigitatum respectum: Cum verò iste respectus inde veniat, quod is, qui proximo subest stipiti, à quo uterque originem ducimus, mihi sit patris, ego ipsi filiæ loco. thes. 36. Et adhuc in personis, licet ita se non habentibus, visa fuerit nimis propinqua consanguinitas. Ideò determinarunt canones, quanto gradu alterutra persona beat distare à communī stipite. Neque opus fuit utriusque personæ gradū seu omnes intermedias generationes numerare, sed quia in matrimonio agitur de duabus personis jungendis, sufficit, quantum ad hunc scopum & has interdictas nuptias, ut, an satis sit remota attinentia s. propinquitas, sciamus, remotiore personam, seu unum latus, à communī stirpe descendens, in quō est illa persona altera, inspicere. Cuni itaque quarto gradu nuptiae prohibentur, non tam quæritur, quot gradibus s. generationibus abs se invicem personæ contrahentes distent, quām quot gradibus sint à communī parente, ob cujus reverentiam conjungi non possunt matrimonio: secus est in successione, ubi unius proximitas venit attendenda: vid. c. 2. q. 5. XXXV. Nihilo-

minus autē primam prohibitionē, fundatam in illo respectu personarum, quo se habent ut parentes & liberi, omnino jus canonici præsupponit, & ulteriorem inde deducit. Nam tantum addit: *vid. th. 39.* Imò licet illam primam prohibitionem forte gradui suo quarto, quem determinat, includeret, tamen iste casus, quem fingunt dissentientes, (*v. g. quod quis sit superstes, & de ejus matrimonio cum fratri sui abnepte celebrando queratur*) vix obtinget, ut non opus fuerit de eo quicquam disponere: ut in simili tradit *Jac. Bonfrer. comm. in Lev. c. 18. v. 9.* Conf. Duar. tit. de inoff. testam. c. 5. & in tit. de nupt. c. 3. Mart. Chemn. part. 3. loc. de conjug. p. 537. Dn. Gerhard. p. m. loc. de conjug. §. 253.

Ratione. XLV. Rauone affinitatis hodie prohibentur nuptiae affinitatis. I. intet eas personas, quæ se quodam respectu habent, ut parentes & liberi, etiam si secundum vel tertium genus affinitatis fuerit; Dn. Richt. dec. 10. circ. fin. & respectus autem iste venit; aut ex cognatione in linea rectâ, ut inter novicem & privignum, ratione hujus patris, qui est illius maritus; inter sotericum & nurum, ratione illius filii, qui est hujus maritus *I. 4. §. 67. d. grad. I. 14. §. 4. h.* aut in linea transversâ inæquali, ut inter me & viduam patrui mei, utpote qui mihi est instar parentis, adeoque ejus uxor instar matris & *c. I. 17. C. h.* II. Inter eos affines, qui sibi invicem sunt loco fratum & sororum: *nimir. ratione cognationis in linea æquali:* sic frater mariti mei habet se, ac si meus sit frater: *Ei soror uxor mei habet se ut soror mea:* Hæc tamen prohibito de primogenere affinitatis intelligenda: in secundo enim & tertio genere matrimonium, quoad hos affines, non prohibetur: quibusdam vero locis statutum est, personas tales nuptias affectantes, non dum firmâ-

pro-

promissione factâ monendas esse, ut defitantur. Vid. ubi-  
rius Joh. Bechstad. collat. jur. connub. Dn. Carpzov. in Ju-  
rispr. Consist. & singulari tractatu quem inscribit, arborem  
consanguinitatis. Dn. Richt. dec. 10. & 11. Kitzel. syn. matr.

XLVI. Notandum autem est, quod nec in cognatio- Non attē-  
ne, quoad has prohibitiones nuptiarum, haec tenus expo- ditur an...  
sitas, nec inde per nuptias proveniente affinitate, attenda-  
tur (1.) an cognatio ab utroque parente originem trahat  
seu ab uno tantum: sic inter fratrem sororemque nuptiae  
prohibitæ sunt, sive ab eodem patre eademque matre na- latere: it.  
ti fuerint, sive ab altero eorum. §. 2. J. b. Similiter cum an legitimi-  
avunculo & materterà interdictum matrimonium, licet ma an ille-  
ex uno latere tantum sint. Bechstad. d. de collat. jur. connub. gitima.

cap. 11. p. 81. Nec (2.) interest, an ex legitimâ an ex illegiti-  
timâ conjugatione sit consanguinitas vel affinitas. Id. d. l.

Joh. Henr. Höttig. jur. Ebraeor. leg. 193. Prætereà (3.) et-  
iam propter justitiam publicæ honestatis abstinendum est  
à nuptiis, licet affinitas non fuerit perfecta: Sic pater non  
potest sponsam filii fortè defuncti; nec filius sponsam pa-  
tris in uxorem ducere §. 9. J. b. l. 12. §. 1. 2. eod. Porro nec  
sponsus sponsæ defunctæ matri; nec filia spōso matris aut  
patris sponsi sui mortui; nec mater filiæ sponso jungi pot-  
est. Imò abstinendum quoque est à matrimonio cum  
sponsâ fratri defuncti & sponsa defuncti sorore. Add.  
Rennem. de jure person. D. 41. th. 26. Dn. Carpzov. l. 2.  
Jpr. Consist. def. 106. 107.

XLVII. Cæterum fundamentum prohibitionum Fūdamētū  
graduum non satis expeditum: unde Grotius causas hujus prohibiti-  
onis gradū reicetas & naturales assignare difficile imo impossibile esse ex J. nat.  
afferit de J. B. & P. s. n. 12. Nobis ipsum jus naturæ non & gent.

ob alias conjunctiones matrimonium prohibere videtur, quām inter personas in linea rectā: nec enim maritus, qui superior est lege matrimonii, eam reverentiam posset præstare matri, quam natura exigit, nec patri filia, quia licet inferior sit in matrimonio: ipsam tamen matrimonium talem inducit societatem, quæ illius necessitudinis reverentiam excludit. Grot. d. n. 12. unde recte contra pudorem esse dicitur in l. 14. §. 2. h. filiam suam uxorem habere: Et David à Mauden dicit, filiali submissioni adversari usum conjugalem. in Sext. Præc. disc. mor. 2. n. 8. Add. n. 6. & 7. it. Henriquez. summ. theol. mor. 12. c. 9. n. 3. Quid enim magis indecens, quām sobolem rursus misericordum eo, à quo originem dicit. Ex quo primo q. s. principio ulterius fuit, quod homines, ipsis innatā ita dictante verecundia, abstinere etiam debeant ab eorum conjunctionibus, qui in linea transversā loco parentum aut liberorum sunt, seu qui post parentes proximum obtinent locum, & quorum alter proximè subest stipiti, à quo uterque provenit: cum tali enim respectu, & debitā iis reverentiā videtur itidem pugnare conjugalis copulatio. Similis pudor circa affines occurrit, quoad novicam, nec non eas personas, quæ conjugi nostræ in linea rectā conjunctæ: uti enim nefas est, cum matre misceri, ita & à naturali ratione abhorret, cum patris sui uxore, & cum uxorū suarū, cum quā unum q. s. corpus constituit, matre concubere. Consona his tradit Moses Maimonides: Altera cauſa, ajens, meo iudicio est, ut pudor & verecundia nobis commendetur. Nam quia impudentia summa est opus istud inter radicem & ramum (h. e. in uxorem ducere matrem aut filiam); idcirco prohibitum est matrimonium inter radicem & ramum. Neque

est

est differentia sive radix ramum, aut ramus radicem ducat, sive radix & ramus in corporis tertii connubio conveniant, ut nempe aliquis corpus suum radici & ramo detegat: Ideò enim prohibitum est ducere mulierem & filiam ejus, item uxorem patris & uxorem filii; quia ista sunt reiectio nuditatis corporis unius nuditatiradicis & rami. Doct. Dubit. part. 3. c. 49.

**XLIX.** Ultra has juris naturalis prohibitiones, auctoritate generis humano, ob innatam quasi verecundiam, hominibus à propinquorum conjunctionibus (cum aliæ personæ nō defuerint) abstinentibus, ratiocinatio humana inter gentes, illud primum principium per analogiam extendit & applicavit quodammodo ad affines in transversâ lineâ: ac inde hæ deductæ prohibitiones, ut ab omnium eorum conjunctionibus, qui etiam in linea collaterali respectum quandam parentum & liberorum ad se invicem habent, abstineatur: cum tali enim reverentia & respectu videtur quodammodo copula carnalis sive conjugalis pugnare, quippe quam sine irreverentia quodam seu quâdam reverentia exclusione, exerceri non posse diit Mauden. d. l. n. 10. & 11. Similiter ratiocinatio humana ob pudorem & arctam necessitudinem non volunt postea admissa matrimonia inter fratrem & sororem: Licet enim ipsi juri naturæ hæc non adversa videantur. Ferdinand. Loazes. tr. de matr. dub. 2. resp. ad sec. & 1. dub. col. 2. Thom. 1. 2. q. 154. art. 9. Eman. Rodriguez. summ. cas. cons. 1. cas. 225. n. 2. Grot. d. l. Dis. Summ. Astax. L. 8. t. 17. Cov. tom. 1. de matr. P. 2. c. 6. §. 10. n. 15. Ant. Fern. de Moura exam. theol. mor. P. 3. c. 16. §. 4. n. 5. in fin. Maud. d. disc. 2. n. 9. Sanchez. l. 7. d. 52. n. 1. Ant. Matth. tr. de trim. p. 456.

U. 1.

Uinterior tamen & communis hominum ratiocinatio ob pudorem & publicæ honestatis justitiam induxit, ne amplius inter gentes licet iis unum thorū constituere, qui ex eodem thoro, vltamē ab eodem patente prognari. Atque huc spectant prohibitiones, præter eas, quas ipsum jus naturæ quoque dictare notavimus, factæ ab ipso Deo expreßè id, quod ratiocinatione à genibus colligi poterat, proponente *Levit. 18. 20. Deut. 27.* Neque enim illæ leges divinæ de gradibus sunt ceremoniales, quæ populum Israëliticum solum spectarent; sed morales, cum Deus pronunciet se gentes, quæ extra politiam Israëliticam sunt, propter incestas istas conjunctiones punitur, & præterea dicatur commixtiones istas fuisse abominationi coram Deo etiam ante promulgatam illam legem: Quinimò & ipsi Ethnici legislatores, quibus lex divina non innotuit, eodem fermè modo numerent gradus prohibitos. *Chemnit. exam. Conc. Trident. p. 2. can. 3.* Diss. quodammodo *Grot. d. l. n. 14.* Denique civiles leges ac ordinationes Ecclesiasticæ superaddunt adhuc prohibiciones, eo consilio, ut majori reverentiâ divinæ, naturæ, ac gentium prohibitiones observentur: & verecundia, quam actus conjugalis violare videtur, inter propinquos magis confirmetur: præcaveantur etiā, nuptias tales quoq; illicitas esse statuendo, superoru occasiones & suspiciones, quæ, cū frequenter agnati & affines proximius juncti conversentur, oriri possent; & denique ut familiæ, necessitudines & affinitates latius producantur & dilatentur. *Conf. Chemnit. d. l. Maud. d. l. n. 11. Selden. d. 17. l. 5. 6. 8. 9. Bellarm. l. 1 de matrimon. c. 28. M. A. de Dom. l. 5. c. 11. n. 68. & seqq.*

XLIX.



**XLIX.** Atque his solide decidi potest, in quibus pro- Circa  
quæ pro-  
hibitiones  
junctiones, quæ jure divino prohibitæ: sed solum in illis, dispensari  
quæ jure humano Ecclesiastico interdictæ. Vid. Bechstad.  
d. tr. Dn. Carpz. L. 2. tit. 7. per tot. Dn. Richter. d. dec. 11.

**L.** Quid si in prohibitis gradibus nuptiæ contra-  
cta, incestus committitur, & quidem si contra prohibiti- Quid si  
interdictæ  
nuptiæ fu-  
erint initæ  
vniuersitatis  
iniquitas  
universitatis  
universitatis  
affilia-  
onem juris naturalis, in specie dicuntur nefariæ; sin con-  
tra jus positivum, incestæ in specie vocantur; & quidem cū-  
primis illæ, quæ sunt contra jus positivum commune seu jus  
divinum ac gentium. Deinde analogicè & istæ, quæ sunt  
contra jus proprium seu civile. *L. 38. §. 2. de adult.* Dn.  
*Carpzov. Jurisprud. Consist. l. 2. d. 87.* Quæritur autem si de  
facto contractæ an dissolvendæ. Nefarias omnino dis-  
solvendas dicimus: Circa incestas jure gent. dist. an ita  
conjuncti separationem petant, & illa decernenda erit:  
an verò nolint separari, & matrimonium, cum primis co-  
putâ consummatum, non erit dirimendum, sed toleran-  
dum *V. Beust. d. l. 2. c. 52. Dedek. vol. 3. cons. L. 3. P. 1. t. 2.*  
*n. 2. p. 345.* Circa incestas vero jure civili adhuc dispen-  
sari potest. *Dedek. ibid. n. 1. De poenâ civili vid. Far. de del.*  
*carn. q. 149. Dn. Carpz. prax. crim. 2. q. 72. q. 73. n. 89. q. 74.*  
*n. 87. & dec. 15. Add. tit. ad L. Jul. de adulter.*

**LI.** Ex hacten ustraditis patet, quod consobrino- Nō prohi-  
bita nu-  
l. 23. l. 24. de condit. Inst. l. 78. §. 8. ad S. Et. Trebell. l. 2. C. de prie cōso-  
inst. & subst. l. 4. C. de condit. insert. l. 19. C. b. §. 4. J. eod. brinorum  
Nec divino jure prohibitæ *Genes. 28. 29. Exod. 2. 2. 6. 20. no & civi-*  
*Num. 36. Jos. 15. 17. Judic. 1. 13. 1. Par. 24, 21. & 22. 2. Pa. li.*

utrumq.

q

rap.

ralip. II, 18. Tob. 7. Post Justiniani vero tempora in Oriente sub Impp. Græcis, imitantibus Theodosium, vid. Aurel. Sed Greco canon. Victor. in Theodos. Cassiodor. 7. var. 40. illicitæ fuere, uti constat ex Harmenopulo L. 4. proscriptuar. tit. 6. Et lib. 6. tit. 4. Theophilo paraphras. d. §. 4. Synopsi Attaliatæ. tit. 26. Leonis & Constantini Impp. eclog. tit. 12. §. 2. Matth. Monacho. Lib. 8. Juris Greco-Rom. tit. de grad. septim. consanguin. p. 480. apud Joh. Leunclav. edit. à Marq. Freher. & in Occidente per Pontificum decreta c. 20. q. 3. XXXV. c. 8. d. consang. & affin. & hodie per constitutiones Ecclesiasticas interdictæ. Vid. Hillig. 13. c. 19. h. Bechstad. d. tr. Nullo jure comprivignorum nuptiæ nec civili §. 8. J. b. l. 34. §. 2. eod. nec canonico c. 5. de conf. & affin. nec divino jure vetitæ: arg. Levitic. 18, II. ubi prohibetur matrimonium cum filia patri meo natâ ex novercâ meâ, seu cum sorore consangvineâ, quæ sc. est soror ex parte patris: uti exponit R. Maimonides c. 2. Hil-kot s. tract. de concub. prohib. & subjungit: si vero pater ducat uxorem, cui ex alio viro sit filia, hanc ducere licet fratri, quia illa non est patri genita. Idem tradit Joh. Henr. Hötinger jur. Ebraor. l. 196. his verbis: Non esse detegendam nuditatem filiae uxoris patris ejus (noverca) si nempe fuerit soror ejus, id est, filia uxoris patris ejus: Si enim filia uxoris ejus, soror ejus non fuerit, illam, ut supra jam diximus, uxorem ducere omnino licet; sed expressè ea filia uxoris patris ejus intelligitur, quæ & soror ejus est, q. d. turpitudinem filiae uxoris patris tui non revelabis, quæ soror tua est. Nec non Alphonsus Episcopus Abulensis: Turpitudinem filiae uxoris patris i. e. novercae tua: (quam peperit patri tuo: & est soror tua). Hoc ponitur ad distingendum, si ista esset filia uxoris patris

patris, i. e. novercæ: sitamen non esset filia patris, non interdicebantur matrimonialia fædera: nam tunc non erat ibi aliquis gradus consanguinitatis, cum isti non descendant ex eodem capite: nec etiam est ibi aliquis gradus affinitatis impediens. &c. Add. Joh. Lorinus in d. text. Præcedens igitur versic. 9. vel accipiendo de sorore, quæ utrumque parentum habet communem, uti sentit R. Abarbenel. Vel, si cum ante allegatis interpretibus non solum in d. v. 9. de sorore ex patre & matre simul s. germanâ, sed etiam de sorore ex patre tantum s. consanguineâ, & sorore ex matre tantum, s. uterinâ, intelligas, dicendum esse conjectamus, àdeò in d. vers. 11. repeti, eam demum sororem, ex novercâ natam, quæ est filia patris nostri, non posse duci in uxorem, ut restringatur prohibitio ad eam sororem, natam ex novercâ, quæ est filia patris: adeoque excludatur specialiter comprivigna: cum vers. 9. id solum in specie tradatur, quod nihil intersit, an soror sit ex utroq; parente, an ex alterutro; & an domi ex legitimo thalamo seu coniugio, an foris, s. ex illegitimo cōcubitu à patre nostro genita. Aliter dubium isthoc Jacob. Mæstertius l. 2. de Justit. Rom. leg. dub. 3. solvit: Ilic, ait, (sc. Levit. 18. vers. 11.) non comprivignorum, sed fratri & sororis consanguineæ, id est, ab eodem patre ex aliâ uxore progenitæ, nuptiæ interdicuntur: de qua conjunctione nihil in d. c. 18. vers. 9. dictum erat, sed tantum de nuptiis fratri & sororis, quæ cognationis domestica dicitur: nec non fratri & sororis uterinae, quæ cognationis exteræ appellatur. Et quidem verba: foris genita: simili modo explicat R. Abarbenel: ut & allegati à Lorino 'd. l. add. Deut. 25, 5. Sunt denique nonnulli, qui d. vers. 11. accipiunt de filiâ patris, non proximè s. immediate ex eo natâ,

sed quae sit genitura parentis: sc. de filia, nepte & c. fratri soro-  
ris ut tue: id ex alia & xiā serie textū demonstrari putant.  
Job. fac. Wieseb. in Inst. D. 6. th. 32. in fin. Dn. Gerhard.  
p. m. tom. de conjug. §. 266. 357. Ceterū neque hodiē ordi-  
nationibus Ecclesiasticis comprivignorum nuptiæ vetitæ  
sunt. Vid. Bechst. d. tr. c. 16. Dn. Carpz. d.l. 2. def. 105. Non  
enim consangvinei unius cōjugis, propriè sunt affines cō-  
langvineis alterius conjugis. l. 4. §. 3. de gradib. Unde et-  
am quis sororis suæ privignam, it. pater & filius matrem  
& filiam; ut & duas sorores; nec non duo fratres duas so-  
iores re&ē in uxores sibi ducunt. Id. def. 104. 106. Bech-  
stad. d. 17. c. 9.

Porto re- LII. Contrahitur re&ē explicato modo à personis nō  
quiritur, prohibitis matrimoniu, inter unū virum unamq; fœmi-  
nit. unus nam: & quidem plurium virorum cum unā fœminā cō-  
contrahat; junctio etiā jure naturæ illicita; illa verò polygamia, quā  
cum unā vir plures ducit uxores nō videtur contra ius naturæ esse,  
nec contra ius divinum. vid. Gen. 16, 3. 11. 27. 28. Deut. 21, 15.

Sam. 12, 8. ubi agitur de jure primogenitura in polygamiā.

Potest enim vir plures uxores & quali amore cōjugali pro-  
sequi, & singula uxor ex illis pluribus virum istū: ac pot-

Polyga- est vir pluribus fœcundandis, liberisque alendis sufficere:  
mia nō est unde nec primæ institutioni à Deo factæ contrariatur, sed  
contra ius continet polygamia hæc plura conjugia, & cum quālibet  
natur. nec uxore constituit ille unus maritus societatem conjuga-  
divinum. Iem, & tantū ob unitatem personæ alterius conjugis  
apparet, ac si unum esset conjugium, quod bene reconsi-  
deratā distinctum est, & tot sunt conjugia, quot uxores  
cū quibus contraxit. Longè tamen tranquillior & com-  
modior est cohabitatio unius cum unā: & intensior ibi

ac



ac perfectior amor conjugalis: (add. Arist. I. œcon. 3.) unde etiam polygamia postmodum recte prohibita. Vid. Winckl. de princ. jur. l. 3. c. 10. Bachov. thes. 7. c. Sanchez. de matr. l. 7. disp. 80. Marc. Anton. de Domin. de Rep. Eccl. L. 5. c. 11. n. 3. Dn. Carpzov. d. l. 2. def. 159. 160. 161. 162. & seqq. Grotius d. tract. l. 2. c. 5. n. 9. Conf. Peter. in Gen. tom. 3. ad c. 16. n. 19. Henriquez. t. 1. l. 12. c. 12. n. 2. qui ad secundarium jus naturæ refert. Selden. d. l. 5. c. 6. Petr. Cun. de resp. Ebraeor. 2. c. 23. (Non obſt. Lev. 11. 18. quicquid ext. agit de conjugio cum duabus sororibus, uti ipsa verba sonant, & patet ex materiâ consanguinitatis, quæ ibi tractatur: Lorin. in d. text. Dav. Chyträ. ibid.) Diss. Beza de polyg. c. 1. Contr. Danhavv. Disp. ad decal. 14. §. 3. Add. Id. D. 4. §. 5. Amel. §. de cas. conc. c. 35. n. 7.

LIIII. Non autem prohibitæ simpliciter secundæ Nuptiæ se  
nuptiæ: observandum tamen de his, quod vel immaturæ cundæ nō  
sint, nimirum à viduâ intra annum luctus contractæ, in sunt pro-  
quas poenæ stadiæ l. 1. l. 2. C. de sec. nupt. N. 22. c. 40. N.  
39. c. 2. §. f. Vid. Perez. h. n. 2. Rittershus. in Novell. P. 4.  
c. 3. ubi & n. 19. & de moribus vid. Kitzel. c. 5. th. 13. g. Vel Non de-  
non festinatæ, & haec aut contrahuntur non existantibus liberi bent esse  
beris prioris matrimonii, & jure civil. de his nihil singula- festinata.  
riter constitutum, nec, quod de benedictione denegandâ Quid ob-  
jure canon. statutum, obtinet. Vid. Rittershus. d. c. 4. n. 1. tineat fi  
Kitzel. d. th. l. m. Aut existantibus liberis & in horum fa- exstent li-  
vorem specialia quædam iura inducta: I. Circa lucra nu- beri ex  
ptialia prioris matrimonii, quod horum & binubus & bi. priorima-  
nuba amittat proprietatem. l. 5. C. d. t. N. 22. c. 46. §. 2. Exerc. tririmonio.  
12. th. 5. n. 3. Rittersh. c. 4. n. 8. II. Circa successionem in  
bona liberoru. Quicquid enim mater secundò nupta ex

liberorum successione consequitur, id reliquis ejusdem matrimonii & qualiter servare debet, nisi ex eorum testamento perceperit, aut bona aliunde, quam à patre ad liberos pervenerint. N. 22. c. 23. 40. Vid. Anton. Matth. *de matrim. D. 6. th. 6. & seqq.* III. Circa alia bona conjugis secundò nubentis propria, quod nimis in conjugem non possit vel actu inter vivos vel mortis caussâ plus transferri, quam uni ex liberis prioris matrimonii l. 6. C. d. t. Vid. *Ritterhus c. 5.* Quætitur an hæc obtineant, si superstes conjux ex voluntate defuncti, vel consentientibus liberis secundū matrimonium ineat? Amplectimur sententiam affirmantium. Vid. Mæstert. q. 57. Kitzel. *thes. 13. l. Matth. D. 6. th. 3. 4.* IV. Circa educationem & curam liberorum v. N. 22. c. 37. c. 40. *Rittersh. c. 6. n. 2. 4.* It. circa revocandam donationem liberis factam auth. quod mater. C. *derev. don. Conf. Mæstert. d. l.*

*Quid si a-* LIV. Sciendum verò, quod non permittendæ sint liqua sec. nuptiæ secundæ, priusquam de morte prioris conjugis nupt. inire constet, eaque duobus testibus vel ex libris parochialibus, *velit, quā-* aut magistratus loci, ubi obiit, attestacione probetur. *do incertū* *Carpzov. d. l. 2. d. 166. & d. 168.* Ejus tamen mors, qui in *an marit⁹* mari, acie, vel morbo aliquo contagioso obiit, uno etiam *mortuus.* teste N. 117. c. 11. c. 19. *de sponsal.* probari potest. Id. d. l. def. 167. Admittitur quandoque viduus viduave, ut juramento defuncti defunctorum conjugis mortem asseveret. Id.

*Quid si d. 169.* Cum autem mors nullo modo probari potest, promisit, quod nolit de-cessus desertionis venit instituendus. Id. d. l. def. 170. Cæterum licet uxor promiserit priori marito, quod nolit denuo nubere, tamen ad vota secunda transire potest. Id. d. def. 172.

LV. For-

LV. Forma conjugii, consensu semel initi, atque benn-  
dictione sacerdotali consummati, consistit in vinculo conjugii.  
matrimoniali, seu in illâ indissolubili cōjunctione, quâ al-  
ter alteri jungitur ita, ut perpetuò inde teneatur ad fidem  
conjugalem & cohabitationem. M. Anton. de Domin. d. I.  
s. c. II. n. 49. Dn. Gerhard. p. m. d. loc. §. 400.

LVI. Ex legitimo conjugio oritur jus personarum Finis & ef-  
inter conjuges, quod vel est mutuum, & consistit 1. in mu-  
tuo amore Eph. 5, 25. 28. ac perpetuâ vitæ cōsuetudine, vid.  
thes. 25. 2. in exhibitione debiti conjugalis. Add. Arist. I.  
et con. p. 584. I. Cor. 7, 3. & liberorum procreatione. 3. in  
aliquali bonorum communione, quantum scilic. istam  
communicationē, ad vitam degendā pertinentē, attinet,  
(quam honorariam vocat communionem Matth. d. D. 4. th.  
22.) l. 1. rer. amot. l. 4. C. de crim. expil. her. l. 1. §. si vir. de  
Sct. Silan. Aliás bona mariti manent sine dubio ejus pro-  
pria: & bona mulieris, planè uxoris, sive receptitia sive pa-  
raphernalia fuerint, l. 8. l. ult. C. de pact. conv. l. 9. §. 3. de J.  
dot. l. 31. §. 1. de donat. l. pen. ad L. Falc. horum tamen admi-  
nistrationem habet maritus. d. l. 8. l. ult. C. de pact. conv. Kit-  
zel. c. 7. thes. 6. Quod concernit bona, constante matri-  
monio quæsita, regulariter ad maritum spectant l. 51.  
de donat. inter vir. & uxor. Dn. Carpz. I. r. 85. Matth. d. D.  
4. th. ult. Cæterum jure Saxon. maritus habet usum fr.  
omnium bonorum uxoris. Landk. L. I. art. 31. & art. 45.  
Rauchbar. I. q. 2. n. 45. Add. d. moribus nonnullorū locorū  
Zœl. in tit. profoc. n. 10. 11. 12. Wiesenb. in Digest. D. 32.  
th. 25. Gars. tract. de acq. conjug. Argentræus ad consuet.  
Britann. art. 418. Christian. Rodenburg. tract. de jur. con-  
jug. Vel alterutri conjugi proprium, & quidem marito

pro-

propria est maritalis potestas l. 14. sol. matrim. l. 3. §. 4. de agn. & al. lib. l. 8. C. de repud. N. 22. c. 15. §. 1. N. 117. c. 1. 2. 3. §. 2. rer. amot. Tiraq. LL. connub. 1. n. 22. Kitzel. d. tr. th. 8. & incumbit ei uxorem a lete Gen. 3, 18. Kitzel. th. 2. defendere l. 2. de injur. Jura propria respectu uxoris consistunt in convenienti subiectione: unde fluit (1.) quod debeat obsequium l. 1. §. 7. C. derei ux. act. & operas obsequiales arg. l. 31. pr. §. 1. de don. int. vir. & ux. Vid. Coicer. de proc. exec. P. 1. c. 2. n. 196. (2.) quod gaudeat nobilitate & dignitate mariti l. 13. C. de dignit. l. 8. de senat. l. 10. C. b. ejusque participet forum. l. 65. de jud. & murantem domicilium sequi teneatur. Vid. Hillig. 13. c. 21. m. Matth. d. D. th. 21.

**LVII.** Ad hæc Jura obtinenda datur ex Jure personarum conjugali actio praetrialis arg. l. 3. §. 4. de lib. agn. l. 1. §. 2. de R. V. l. ult. C. in quib. caus. long. temp. prescr. c. 11. de presumt. Fab. ad §. praetrialis n. 6. de action. vel imploratio officii judicis, ut conjux adigatur ad id quod sui est officii. Beust. 2. c. 66. Cov. 2. c. 7. n. 3. It. remedia possessoria c. 8. de rest. spoliat. ubi add. gl. & Dd. Vid. de judicio & processu matrimoniali Kitz. c. ult. A. Matth. Disp. ult. Conf. Ricc. 2. dec. Neap. 236. ubi tradit. lite pendente super matrimonio, non esse interdicendum conjugale commercium, quia nemo privandus usu sua possessionis.

EXER-



94 A 7360

94 A 7360

ULB Halle  
002 381 974



3

56.

T. 1. 1. 1.

V. 1. 1. 1.



spatia saecula  
in milion manib[us] n[on] agnoscuntur

A  
ante omnia que n[on] agnoscuntur

h[ab]uit d[omi]n[u]s i[n] diebus suis

# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Centimetres

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Centimetres